



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 44. Condæus Princeps a Danvilla captus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

viribus in hostilem Gallorum pedum, & Germanos ex fuga collectos impetum faciunt, eosque fundunt, dum interea Hispani, qui sequebantur, magnam, ac cruentam stragem edunt. Inde tam in equitatum hostilem, qui jam conflixerat, quam illum qui adhuc immotus steterat, Santandreas, & Guisus, unacum Damvilla, qui sese illis conjunxerant, totam vim converterunt, sed & illos post quartam campestrium tormentorum dispersionem, & exiguum certamen, quippe tres primi ordines tantum ad manus venerant, mox fuderunt, atque in fugam egerunt, quamvis Andelotus ex violento febris accessu debilis, omnem operam impenderet, ut Germanis e fuga revocatis certamen restitueret, qui tamen, cum milites pavidos retinere non posset, Treorum petiit, ibique aliquot horarum quiete refectus, se ad suos non sine discrimine contulit.

§. XLIV.

Condæus Princeps a Damvilla captus.

Thuan. l. 34. Nec tamen cedebant Condæus Princeps, & Colinius Archithalassus, qui vix ducentis equitibus ex conflictu ad signa revocatis, Germanos equites, ut denuo secum certaminis aleam tenta-

tentarent, hortabantur; verum illi sclo-
 petos amiffos cauffati cum cunctarentur,
 ac postremo accelerato gressu recede-
 rent, secumque Gallos metu pene exa-
 nimatos traherent, Condæus Princeps
 eos sequi coactus est, accepto jam in
 manu vulnere, vixque exiguum spa-
 tium progressus, equo, qui in crure
 sclopeto ictus fuerat, deficiente, cum
 eum mutaret, a Damvilla, qui cum
 valido agmine supervenerat, capiebatur.
 Postea Germani, & Galli, cum cæduam
 silvam, & vallem subjectam pertransiis-
 sent, in clivum enituntur, in eoque
 subsistunt, cum vero interea Guisius in
 Germanis peditibus, quorum duo mil-
 lia se ad lævam maceriis vicinis inclu-
 serant, expugnandis occuparetur, fu-
 gienti equitatu, ut se ex pavore colli-
 geret, & ordines restitueret, tempus in-
 dulgebatur; ecquidem Santandrea-
 nus Marefcallus in id incumberebat, ut
 eos insequeretur, illosque dissipatos, an-
 tequam rursus coirent, aggredere-
 tur, quibus cæsis alios, qui Momorantium
 Connestabilem captum abducebant,
 adsecutus, hunc Belliducem ex ipsorum
 manibus recipere, eique libertatem pro-
 curare volebat: verum tarda nimis e-
 rant Santandreani molimina.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1562.

in archivio
 1562. 1. 1. 1. 1.
 1562. 1. 1. 1. 1.

§. XLV.